Omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Rybacze
Jablonia Brzyny et alibi ubivis consisten[tium] nunc habitorum et in post favente
divina clementia habendorum summam Centum florenorum Polon[icalium] dotis et ad
dotalicij Decem inscribit reformat et assecurat dotaliciatq[ue] more
alienum [illegible] in Regno Polon[iae] observari solitum.

Jablonskich Mutua Advitalitas

Coram officio et Actis praesentibus Capitan[eatus] Goranscen[sis] personaliter comparentes Nobiles
Jacobus olim Mathei Rybacz Jablonskij ab una, et Nobilis Hedwigis filia
olim Adami Zebrowskij conjux eiusdem Rybacz partibus ab altera
sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt
et quilibet eorum suo jure interesse recognovit. Quia ipsi inter se mutuam
et reciprocam Advitalitatem et usumfructum omnium et singulorum bonorum
suorum mobilium et immobilium in haereditate villarum Rybacze Jablonia
Brzyny sitt[orum] nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum
ad extrema vitae suae tempora inscribunt et concedunt tali modo Quod
si prius de hac luce Deo volente Nobilem Jacobum Rybac Jablonskij quam
modernam coniugem eius Nobilem Hedwigim Zebrowska decedere contigerit
extunc ipsa bona eius omnia mobilia et immobilia in haereditate Ry-
bacze Jablonia Brzyny sita cum universis attinen[tiis] utilitatibus fructibus
nullo excepto iure Advitalitatis tenebit et possidebit ac illis usque
ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post mortem vero ipsius
bona eadem omnia in successores eiusdem Mariti sui devolventur. Si-
mili etiam modo si prius ipsam Nobilem Hedwigim Zebrowska quam
memoratum Jacobum Rybac maritum eius mori contigerit extunc
ipse bona eius omnia mobilia et immobilia ubivis locorum consisten[tia]
summasque pecuniarias eandem coniugem suam quovis iuris titulo concernentes
quaecunque morte illius interveniente derelicta fuerint tenebit habebit
possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post decessum
vero ipsius bona eadem omnia in successores eiusdem coniugis suae absque quavis
contradictione successorum ipsius devolvi debent.

Wygonowski Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan[eatus] Goranscen[sis] personaliter comparens Nobilis Chri-
stophorus olim Laurentij Chrobowsky de Krzywołuky sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Thomae
Wygonowskij et ipsius successoribus bonorum in haereditate Ciotowa Krzywołuky
consisten[tium] in primo loco na Kramarzowinie duos sulcos a paniete ad
granicem Adryjanska inter metas Alberti Matyaszek et Mezenskij
iacen[tes]. Item in alio loco eiusdem Campi w olszyna tres sulcos a
paniete ad glowy tenden[tes] inter metas ut supra. In tertio loco et alio
campo quatuor sulcos albo dicto Grzesmiak ad Stawiska inter metas
Mathaei Perlia et Stanij Samsoyk. In quarto loco tertij campi
podle Jaru duos sulcos a Stawiska ad budy tenden[tes] inter metas Perla
et Mezenskij iacen[tes]. Item in quinto loco w dolku sulcum unum a sylva
ad granicem Cmylska inter metas ut supra cum agris pratis sylvis
et aliis utilitatibus nullo excepto in Tredecem Sexagenis Polon[icalium] ad exem-
ptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc introitum actualem cum
possessione pacifica Nobilis et Nobilis dictis officiose acceptandam dat et admittit
Eaque ab omne impedimento quibusvis quarumvis personarum [illegible]
tenetur eiusmodi cavet sub vadio simili aliarum Tredecem Sexa-
genarum. Et Coram officio Castren[si] Branscen[si] perempta censura Omnibus cu-
ius remediis se et suos successores [illegible] abscribendo.